Philelphus, Franciscus : [Epistolae] Epistolare
[Basel: Johannes Amerbach], [ca. 1492] Seite 460



tem nihil responderis: nõ possum nõ mirari. Itaq3 rogo te: ut me facias certiorẽ acceperisne meas eplas: an min⁹ acceperis. Vale ex Mediolano. vi. Id⁹ octobres. M.cccc.lviij.

Franciscus Philel. Bessarioni cardinali nicæno sal.

Etsi de tua in me singulari mansuetudine atq3 beniuolẽtia nũq̃ dubitaui: eã tñ ita ꝓximæ tuæ litteræ quas pridie nonas octobres ex urbe Roma ad me dederas, mihi pspicue declararũt: ut aliud nihil certius unq̃ habuerim. Sũq3 longiore illa tua dicendi elegantia atq3 maiestate ita delectat⁹: ut ipse mihi afflat⁹ aliqd præ uoluptatis magnitudine i lectitanda epla uiderer. Incredibiles habeo tibi gratias pater clæmentissime: qd nihil unq̃ omittis de me uel ornando: uel amplificando. Faciat imortalis deus: ut meis de te optatis (id qd certo futurũ spero) aliqñ fortuna rñdeat. Nã cui omniũ malim ἀδειν ὁμηρος ἢ σοὶ οὐχ ἀχιλλεῖ οὐχ ὀδιασεῖ ἀλλὰ καὶ τούτοιν ἀμφοτέροιν πολλῷ μεῖζονι τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν ἀλήθειαν τὴν σοφίαν. Vt aũt ad rem ueniã: uix dici queat: q̃ grat⁹ mihi q̃q3 piucũdus fuerit nũci⁹ tu⁹ de recupato Plutarcho: quẽ qm amiseram: me a sũmo põtifice Pio secũdo tuo interuentu dono accipere in nõ mediocrẽ fœlicitatis partem mihi ascribo: Nõ em̃ paruæ mihi iacturæ fuerat amissio talis ac tãti codicis: Neq3 uolo tibi unq̃ persuadeas: alia a nobis uia codicẽ istũ aberrasse: q̃ ea quæ tibi primis litteris meis declarata est. Hũc aũt mihi dono dari a sanctitate Pij põtificis tãti facio: ut uix aliud pluris queã: Nã qd ego dicã de mirifica illa benignitate ac munificentia in annua uitæ subsidia: qua in me ultro uerus Christi uicarius pontifex Pius utit: Decreuit mihi (ut hũanissime scribis) ei⁹ beatitudo in singulos ãnos aureos ducatos ducẽtos ul argẽti mediolani. Addiscq3 futurũ ut maiorẽ indies & dignitatẽ & utilitatẽ asseqr. Ad hæc ego paucis rñdeo. Quis ego me sane cognorim neq3 de illius sanctitatis bñficẽtia: neq3 de alacri tua beniuolentissimaq3 opa qcq̃ magnũ ꝓmeruisse: operã tñ pro uiribus daturũ polliceor: ne saltẽ uolũtate & obseruãtia indignus cẽsear tã egregia: tãq3 tẽpestiua magnitudine. Reliqua qd te uelle intelligo scribam ad Pium pontificem. Vale pater

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0460
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG